

CHRISTI
451.LEONIS PAP.
12.VALENTIN. 27. IMPP.
MARCIANI. 2.

justitia gloria datur, quod te successore decesti. Exegeras mihi, ut promitterem tibi Attila bellum stylo me posteris intinaturum, quo videlicet Aurelianensis urbis obsidio, oppugnatione, irruptio, nec direptio, & illa vulgata exauditi calidus sacerdotis vaticinatio contineatur. Cœperam scribere; sed operis arrepti fasce perspecto, rediit inchoasse: propter hoc nullis auribus credidi, quod primum, me

consore damnaveram. Dabitur (ut spero) precatus tuo, & meritis Antistitis summi, quatenus præconio suo sub quacumque & quidem celeri occasione famulemur. Caterum tu creditor justus laudabiliter hoc imprudentia temerarii debitoris indulseris, ut quod mihi insolubile videtur, tibi quoque videatur irrepescibile. Memor nostri esse dignare, domine Papa. Hæc Sidonius: qui perfecit ne semel

PAGIUS

Belgica, indeque in eadem Notitia memoratur litus Saxonum, ob maritima Saxonum latrocinia ita appellatum. Franci sæpe a Romanis victi fuerant, & in ultimis Orientis Provinciis apud illos merebant.

XIX.

Alii, qui pro Romanis pugnant.

Litiani seu Latiani apud Nervios erant, pars prædicatorii, pars cultores. Burgundi ab Actio in libertatem asserti fuerant, ut suo loco ostendi, Riparioli seu Riparii tribus flaviorum ripis clauderantur, nempe Rheni, Mosellæ, & Mosæ, de quibus legendi Ortellius in Theatro Geographico, & Hadrianus Valefius in Notitia Galliarum, Ibriones denique siti erant ad orientem lacus Constantiæ, & in confinibus Rhetia, ut liquet ex Fortunato in fine lib. 4. de Vita Sancti Martini,

Si tibi Barbaricos conceditur ire per annes.
Et placide Rhenum transgredere possis & Istrum.
Pergis ad Augustam, qua Virgo & Licca
fluentant.

Illic ossa Sacra venerabere Martyris Afræ.
Illi valeat ire riam, neque te Bajorovicus obstat.
Qua vicina sedent Breconum loca perge per
Alpen,
Ingrediens rapido qua gurgite volvoitur Eunus.

Præter istos Sangibanus Rex Alanorum, cujus sedes Rhodanum inter & Ligerim erat, inter auxiliares medius statutus fuit cum propria gente, quia de ejus animo minus præsumebant Aetius, & Theodericus Visigothorum Rex, inquit Jornandes citatus cap. 38. qui non semel indicat Sangibanum regnum Ligerim inter & Rhodanum situm fuisse, & Theodericum cum Thorismundo & Theoderico majoribus natu filiis, & innumerabili Visigothorum multitudine prælio adversus Attilam commissum interfuisse. Francos etiam pro Romanis pugnassee docet non tantum Jornandes cap. 41. sed etiam Turonensis lib. 2. cap. 7. ubi scribit: Aetius cum Francis Gothisque conjunctus adversus Attilam confregit. Id quidem negat Baronius num. 11. quod Sidonius in Panegyrico Aviti versu 320. Francos inter populos numerat, qui Attilam in Gallias irrumpentem secuti sunt:

Bructerus, ulnosu quem vel Nicer abluit unda,
Prorumpit Francus.

XX.
Ex Francis alii Romanorum, alii Attila partes secuti sunt.

Verum Franci post Clodionis Regis mortem in duas factiones divisi, quarum altera ejus filio ætate minori Meroveo appellato, cujus Legationem ad Valentinianum Imp. anno CDXXXII. memoravimus, altera Merovei fratri, cujus nomen ignoratur adhæsit. Hoc nos docet Priscus Rhetor pag. 40. ubi ait: At Francos bello lacefendi, illi (nempe Attilæ) causa fuit Regum ipsorum obitus, illi (nempe Clodionis) & de regno inter liberos controversa. Seniori (cujus nomen ignoratur, nullibi que præter apud Priscum mentio) Attilæ suadebat, juniorem Aetius tuebatur, quem

Roma vidimus Legationem obeuntem, nondum laugine efflorescere incipiente, flavia coma & capillis propter densitatem & magnitudinem super humerum effusi. Hunc etiam Aetius in filium adoptaverat, & plurimis donis ornatum, ad Imperatorem, ut amicitiam & societatem cum eo faceret, miserat. Sed Attilas antequam in eam expeditionem ingrederetur, rursus Legatos in Italiam misit, qui Honoriam poscerent. Etenim secum matrimonium pepigisse: cujus rei ut fidem faceret annulum ab ea ad se missum, per Legatos, quibus tradiderat, exhiberi mandavit. Itaque Imperii partem sibi Valentinianum cadere æquum censebat, quam pater Honoriam reliquisset, sed hac illam frater, qua ejus erat avaritia & cupiditas, privarat, At Romani Hesperii (id est Occidentales) in prima sententia perseverant, & Attila mandata rejecerunt. Vide dicta anno CCCCXIII. & anno CCCCXVIII.

Hæc Prisci Auditoris coætanei verba lucem accipiunt ex iis, quæ Turonensis loco citato Clodio Rex habet de bello Attiliano: Expleto bello, ait Aetius Thorismundo (filio Theoderici Visigothorum Regis in prælio occisi) festina velociter redire filios reliquias patriam ne inflente germano patris regno priveris. Hæc illa audiens cum velocitate discessit, quasi anticipaturus fratrem, & prior patris cathedram adepturus. Simili & Francorum Regem dolo fugavit. Idem narrat de Thorismundo Jornandes cap. 41. relato prælio in quo Attila victus: Ille vero metuens (nempe Aetius) ne Hunnis funditus interceptis a Gothicis Romanorum premeretur imperium, præbet hac occasione consilium, ut ad sedes proprias remearet, regnumque, quod pater reliquerat, arripere: ne germani ejus opibus sumptis paternis, Visigothorum regnum pervaderent, graviterque debine cum suis & quod pejus est, miserabiliter pugnaret. Quo responso non ambiguo, ut datum est, sed pro sua potius utilitate suscepto, relicti Hunnis, rediit ad Gallias.

Ex Turonensis & Prisci inter se collatione aliqua, alias magna caligine involuta, in manifestam lucem proferuntur, liquetque primo, Clodionem Francorum Regem ante quadriennium, duos filios reliquisse. II. inter eosdem post ejus mortem de regni successione controversiam motam, III. eorum unum in bello Attiliano pro Romanis pugnassee. IV. hunc fuisse Meroveum; cum inter omnes Historiarum Francicæ Scriptores conveniat, eum post Clodionem regnassee. V. ex duobus illis Clodionis filiis Meroveum natu juniorem fuisse, huncque a patre a Romanis in quodam prælio superato missum primum ad Aetium, & postea Romam ad Valentinianum Imp. ut ab eo pacem obtineret, quam impetrasse ostendit adoptio Merovei ab Aetio peracta. De illa Legatione egimus anno CDXXXII. VI. Sidonium in Carmine VII. seu in Panegyrico Aviti versu 325. Francorum pro Attila militantium nomine designare filium natu majorem Clodionis, Francoque et adherentes, qui utramque Rheni ripam incolebant, & Meroveo

XXI.

Clodio Rex Franco- rum duos

XXII.

Meroveus Clodionis Regis filius junior erat.